

Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

Art. II. Pulsanti Adversario aperiunt Thomistæ, & assignant petita discrimina

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](#)

homine liberis arbitrijs suis aliquis? Et tamen nuper libro contra Janzenianos Gallico idiomate scripto, cui titulus, *la conduite de l'Eglise*, inter Thomistas & Calvinistas, quibus tota tertia parte Jansenium adjungit, decem & octo discrimina observat, & diligenter probat.

16 Relinquo careris ut de hac scribendi ratione, quam pene in re litteraria & Theologica, id est gravissima, ludum dixeris, quid libeat, aut quod res ipsa postula veritatem, statuant; neminem sane existimo, quamlibet suis partibus addicatum, quin fateatur, gravissimam esse expostulandi causam, si que unquam contigit, tamdui Theologorum vulgus, in re tanti momenti illud: nam eruditorum hominum, qui res suis momentis metuntur, & quā lance librant, neminem arbitror, qui non ægrē ferat, Thomistis in urbi Calvinism notam, ab his à quibus sepius purgati & vindicati sunt.

Dixerat quidam e nostris acuti & festivi ingenii, esse quod *Adversary fortanem* & *aralemur*, cum nostra neadum sortis, sed & fidei arbitrii fuerit. Dum Tolosa privatus in nos aceret scilicet, eo judge, eramus filii tenebrarum, hereticorum, Calvinistarum. Cum vero Regiam urbem & aulam attigit, ejus fortunam secuta est fides nostra, nec minimum mutata sententia, effecti sumus ex hereticis, & filii tenebrarum, filii lucis, Catholicorum, Novodaxi, non merito aut mutatione nostra, que nulla fuit, nec gratia Christi, sed Antiat. Et enim gratia Christi fidem non largitur, nisi cogitantibus & voluntibus suis vero, nos Fideles ex Novatoribus, non volentes, immo nec cogitantes, effecti.

17 Ego sane ejusmodi salibus, qui de viro eruditō & religioso, non nihil forte convitii & injuria resipserint, non mihi uti permitto. Sed ut veris agam, dissimilare non possum, quin id mihi semper gravissimum fuerit, eam scolam hæreticorum & tenebrarum, qui probe sciane, & quod infra demonstrabo, nullam esse in orbe ab erroribus Calvini & Pelagii remotiorem. Belli ut video leges servantur in hoc litterario certamine, cum omni armorum genere, nec sola argumentorum via, sed & qualibet arte pugnetur; quamvis non dubitem, alias postulare leges hoc belli genus, quod sola veritas queritur.

ARTICULUS II.

Pulsanti Adversario aperiunt Thomista, & signant petitum discrimina.

18 Letherus & Calvinus duo præcipua antiqui draconis capita, inter varias quibus religionem omnem & fidem evertere conati sunt controversias, hanc etiam quā liberum hominis arbitrium extinguerent, procellam excitarunt; & ut olim D. Augustini temporibus, Adrumetini Monachi, quos variis à se libris editis, gratia necessitatem & efficacissimas ejus vires, ut admitterent, Augustinus coegerat; in hoc demum extremum decinarunt, ut negarent liberum hominis arbitrium posse cum efficaci gratia, confundere, quos Augustinus præclarissimo illo libro de gratia & libero arbitrio convicit, & ad fidem à qua errore, non animo deflexerant, revocavit. Ita Novatores, quos aut inscriba, aut malitia, & rerum novandarum cupido adeo transversos egit, ut invictam gratia necessitatem cum flexibili voluntatis libertate componere, aut non va-

lerent, aut non vellent; in idem extremum præcipites acti sunt, ut diversas efficaciam gratiae libertatis excidium. Pronuntiat Christus (inquit Calvinus) effacient esse spiritus sancti gratiam quā trahuntur ut necessarij credant. Hic proficitur tota & vera arbitria potestas, quam sibi somniant Papistæ. Et in libro contra Pighium: ita effacient formari voluntatem nostram constitutu, ut spiritus sancti dictum sequatur necessarium.

Verum non omnem voluntatis libertatem, Calvinus sustulit, aliquam etiam libens admittit, & ad suæ religionis fidem necessariam exilitavit. Sustulit eam quam vocant indifferentem libertatem, & quæ determinationem ad unum per modum naturæ excludit; eam vero libertatem quā voluntas sponte agit suā, live sponte neitatē, quæ solam immunitatem à violencia & coactione importat; eam, inquit, in voluntate mota & excitata per gratiam efficacem, & admisit & populavit. Nam in Antidoto ad canonicem sessionis 6. hæc scribit: Quid ergo sibi vult Augustinus, cum de libertate voluntatis loquitor in meo quod roties reperit, non cogi homines invitati Dei gratia, sed voluntarios regi, ut sponte pareant acquantur. Et libro 2. in Pighium, editionis tercia Genevensis. Si coactions (inquit) opponitur libertas, liberum esse arbitrium, & fateor, & constanter affero, ac pro heretico habeo, si quis secus sentiat: si in inquam sensu liberum vocetur, quod non cogatur, ut violenter trahatur, sed sponte trahatur sua, nihil moror. Non negat ergo Calvinus in nobis rationem voluntatis seu spontanei, sub tractu & motione efficaci divinae gratiae, sed tantum indifferentiam a tualemente, seu absolutam dissentendi acsistendi potentiam. Hanc enim non solum recipere, sed detestari etiam se dicit in response ad primum articulum de occulta Dei providentia, ubi hæc scribit: Quod de absoluta potestate magnant Scholastici, non solum repudio, sed etiam denegatio. Unde Joannes Scarphius, famosus Calvinista, hanc esse totius Calvinisticæ sententia opinionem, ac præcipuum controverxi punctum, quo in materia de gratia & libero arbitrio Calvinista & differunt a Pontificis, contendit in libello cuiuscumque est, *Tractatus de misero homini status in peccato*. Nam libro 2. de libero arbitrio capite sic ait: Differimus a Pontificis. Illi ad liberum arbitrium constitendum auctoritatem requiri non tam libertatem à coactione, sed etiam à necessitate. Nominis dicimus, necessitatem in agendo, liberum arbitrium non tollere. Et capite tertio. Status controversia inter nos & Pontificis est, sine homo potissimum vere liberi arbitrii in iis rebus que pertinent ad salutem; & quamvis nihil possit sine auxilio gratiae, tamen per gratiam prævenientem excitatum, & a Deo adiutus, ita valeat operari, ut possit non operari? Affirmavimus partem tamen Bellarmine & Concilium Tridentinum 7. sessione sexta canone quarto, &c. Nos vero dicimus in homine post lapsum, Deum & efficaciter agere, & voluntatem flectere, ut homines voluntas, Deum conversum hominis voluntem & perantem non sequi non possit, licet non coadi, sed sponte sequatur.

Idem videre est apud Molinæum in anatome 15 Arminianismi, ubi indifferentia liberæ voluntatis agnoscit in actionibus civilibus, item in honestis honestate civili, atque etiam in observatione Ecclesiastice discipline: in actionibus vero malis & in his boëis quæ ad virtutem pertinent eternam, libertatem arbitrii catenam salvat, quod homines, est esse necessarij agant, agunt tamen cum ratione & ju-

& iudicio, & sine necessitate coactionis; item si-
ne necessitate physica, qualis est gravium & le-
vium ad proprios motus. Idem docet in libro
Gallico idiomate scripto, cui titulus est, *Le bou-
cher de la Foy*, art. 9.

²¹ Subscribunt etiam alii Calviniste, ut Cha-
miers, Tomo tertio, libro secundo, capite pri-
mo. David Paræus libro quinto, de gratia & li-
bero arbitrio capite quarto. Beza in libello
equathom & responzionum Christianarum, e-
ditionis 3, Genevensis, anni 1576, pagina 600.
ubi querenti Cathecumeno: *Vñigitur non repug-
nat liberari necessitatem agendi?* Respondet, Aper-
tum haec non necessitate, sed coactione demum tolli li-
berato & contingentiam.

²² Secundus error superiori affinis, & ab eo ut à
fons fructus manans, in eō ius est, quod Cal-
vinus negaverit voluntatem hominis, in salutis
funerio, excitanti & operanti Deo liberè
cooperari. Impium hoc dogma, tueritur libro 2,
²³ Rom. ii, cap. 3, ubi & Catholicos ridet, quod libe-
rabitur cum gratia concursum, ex h[oc] Sancti
Pauli loco confringit: *Plus omnibus Laboravi, non
neglegit gratia Dei mecum.* Quem in errorem indu-
ditus sicut ait ex præpostera verione, in qua
geni articuli vis omisita fuit, quæ si exprimatur,
hunc sensum efficit: *Nonego, sed gratia Dei, que
intra dederat.* Qua de re pluribus agit in Commen-
tariis ad hunc S. Pauli locum.

Item libro 9, Instit. cap. 2. 9. apud Stapleto-
nium in Antidoto, ad Rom. 9. hac scribit: *Verè hic
locum habet illud Pauli: Non est voluntas neque curren-
tia, &c. non quomodo id vulga accipiant, qui inter Dei
gratiam & voluntatem ac cursum partiun-
ti. Exponunt enim deo Ierum. hominis ac conatum
nihil per se quidem habere momenta, nisi Dei gratia
proferantur, sed cum adiuvantur, illius benedictione
habet sicut quoque partes in comparanda salute con-
ducant. Quorum cariulum Aug[ustinus]i verbis refellere,
quam meo malo. Si enim nihil aliud voluit Apostolus,
nisi non esse solus voluntas aut currentia, nisi adiut Mi-
strios Dominus; retor quare è converso licebit, non so-
lis esse misericordie Dei, nisi adiut voluntas & cursus;*
quod si aperte impium est, non dubitamus, Apostolum om-
nis misericordie Domini donare, n[on] alius autem vo-
luntatis aut Iustitiae nihil relinqueret. Itaque Calvinis-
mum assertum est, omnia bona opera ita Dei
gratia movente & applicante, procedere, ut li-
berum arbitrium etiam motum & applicatum
a gratia, nihil omnino operetur, nec divina gra-
tia cooperetur. Unde sicut dogma Pelagianum
est, totum tribuere libero arbitrio, & nihil gra-
tia: ita & Calvinus error est, totum gratia tri-
buere, & nihil libero arbitrio relinquere.

Hunc & præcedentem Calvini errorem pro-
scribit Tridentinum, sess. 6, can. 4, his verbis: *si
qua duxerit liberum arbitrium a Deo motum & ex-
citatum, nihil cooperari assentendo Deo excitanti &
maxim quod ad obtinendam iustificationis gratiam se-
diponat & preparat, neque posse dissentire si velit, sed
mutuamente quoddam, nihil omnino agere, mereque
nihil se habere, anathematist.*

²⁴ His ita breviter prælibatis, facillimum erit
puffant Adversario respondere, ac petita a sfig-
nare discrimina. Primum igitur ac potissimum,
& quod est ceterorum fundamentum, jam ex
dictis confit, Calvinus enim, & rigidi quos vo-
cant Calvinisti, docent divina prædefinitis
aut prædestinatis Dei decreta, & adjuvantis
gratia auxilia, ita esse efficacia, ut indifferentia
omniem humanae voluntatis absorbeant, imposi-

Temus 1,

A taque ineluctabili consentiendi necessitate, prox-
imam dissentienti di potentiam consumant, sola
spontaneitate, seu immunitate a coactione, reli-
ctâ. Thomista vero, quibus nullum est cum er-
ore commercium, decreta & auxilia, quantumvis prædeterminantia, cum actuali indifference
voluntatis & dissentienti potentia, ita compo-
nunt; ut haec duo semper inter se conjugantur,
gratia in voluntate, & in eadem voluntate sub
gratia constituta, sufficiens non dissentienti
potestas. Nec dubitamus, quin hic sit verus Tri-
dentini sensus in his verbis, *poteſt dissentire ſi velit.*
Hoc discrimen de verbo ad verbum ab Adver-
sario desumptum, locis supra citatis minime ab
ipso negari poterit, nisi & scipsum, & suam do-
ctrinam abnegare velit.

Thomista itaque in voluntate creata indiffe-
rentiam aliquam medianam agnoscunt inter con-
strictam Calvini necessitatem, & indifferentiam
vagam, & effrenam Pelagi, nempe indifferentiam
determinatione gratiae temperatam: veri-
tas enim, ut virtus, medium tenet, & inter duos
errores, ut inter duos larrones Christus, penderet.
Nam ne cessitas Calvinista voluntatem ad unum
constringit, ut nullam ad oppositum potentiam
relinquit. Indifferentia vero Pelagi ita effrenam
voluntatem relinquit, ut nec iph Deo velit
subjici: sed ita, ut sic dixerim, delicatula sit, ut
nec ab ipso Deo tangi se finiat, & exclusa effica-
cias gratiae motione, libertatis sua jura, ut recte
dixit Augustinus, non nisi penè sacrilegio, & su-
mâ in divinam providentiam injuria, posse ser-
vare se putet, & audaci voce dicat, *non serviam.*

Inter hos elitos scopulos navigans indifferentia
Thomistarum temperata, & à Calvini, & à
Pelagi erroribus longè recedit. Non tollit enim
à voluntate creata absolutam dissentienti po-
tentiam, sicut inducta à Calvinis ineluctabilis o-
perandi necessitas; non excludit etiam divinæ
motionis & efficacis gratiae necessitatem, ut sa-
cra lega Pelagi indifferentia; sed suavi quadam
subjectione ad Deum, cui parere est summa li-
bertas, ut ad primum liberum & primum totius
libertatis creatæ principium temperatur. Quo sic
ut Calvinus Deo tyrannicum ac violentum, Pe-
lagius civile tantum & politicum, Thomista
monarchicum ac regale dominium tribuat, quod
Deum magis habere in sua potestate voluntates
hominum, quam homines ipsi habeant, cum Au-
gustino profitetur.

Alterum, & à superiori non omnino alienum
quod Thomistas à Calvinis distinguit discrimen
petitur ex diversa sensus compotiti & divisi in-
telligentia. Cum enim Hæretici divina decretâ
& auxilia, tantam, adeoque rigidam efficaciam
habere putent, rejecta omni voluntatis indifference,
ita dissentienti potestiam constringunt,
ut non possit dissentire ſi velit, necessaria ex eo
errore consecutione deducunt, distinctionem
sensus compotiti & divisi, ita esse accipiendam,
ut voluntatem non posse Deo moventi dissentire
re in sensu compotito, sed tantum in sensu divi-
so, significet voluntatem carere dissentienti po-
tentiam, quamdiu adest & perseverat divina mo-
tio in anima, hanc dissentienti potestiam ex-
cludens; vel ut loquitur impius Lutherus in li-
bro de servo arbitrio, *Donec durat Spiritus & gra-
tia Dei in homine, sed oculum quando illa abierit,*
vel abscesserit. Vel ut ait Vincentius Lenis in E-
pistola Prodroma ad Petavium, posse duntaxat
voluntatem dissentire, excusa prædeterminatione,

Uu

non

non retentā. Quasi verò tunc possit gratia revera dissentire, cū abest, & motioni gratia resiste, cū nec etiam à gratia tangitur. Thomistæ verò cū velint divina decreta & auxilia ita regere voluntatem, ut potestatem resisteret seu dissentienti non admittant; & ad sua principia consentaneè, & ad rectam fidem verissimè alleunt, voluntatem non posse Deo moventi dissentire in sensu compoſiti, sed tantum in sensu diviso denotare, quod quavis actualis dissentius cum divina motione (ut pote ab intrinſeco efficaci, & infallibiliter inferente aſlensu) coniungi & componi nequeat: voluntas tamen, etiam ut gratia ſubſt, ab ea que moverit, atque ad agendum applicatur, retinet abſolutam diſſentienti potentiam. Nam ut ait sanctus Prosper libro ſecundo de vocatione Gentium capite vi- gilimo ſeptimo. Deus ad obediendum ſibi, ipſum veſteſic donat, ut etiam à perfeveratur illam mutabilitatem que potest nolle non auferat. Vel ut ſcribit S. Thomas quæſione vigiliua tercia de veritate articulo quinto ad tertium. Quamvis non eſſe eſſet divina voluntas non poſſimā ſtarē cum divina voluntate; tamen potentiæ deficitū effectum divina voluntatis ſimilat ſtarē cum divina voluntate: non enim ſunt iſta incoſiſibilita, Deus vult iſum ſalvari, & iſte potest dammari; ſed iſta ſunt incoſiſibilita, Deus vult iſum ſalvari, & iſte dammatur.

Hoc Thomisticæ doctrina à Calviniana diſcriben, paſſim exponunt Thomistæ, priuertim Bannez & Alvarez, duo præcipui physici & pre-determinationis, & gratia per ſe efficacis deſſenſores. Primus enim prima parte, quæſione decima quaatra, articulo primo, dubio ultimo, ſic præfatam diſtinctionem ſenſus compoſiti & di- viſi explicat: Neceſitas in ſenſu compoſito non eſt accepienda in illo ſenſu, quod ſtante ſcientia Dei de Antichriſto ſatu, nulla maneat contingentia in cauſa qua productus ſunt Antichriſtum, ſed ſint tota alter determinata ab ipſa ſcientia Dei, ut neceſſario producant Antichriſtum in tempore à Deo diſpoſito: hic enim ſenſus eſt falſiſimus, ET CONTRA FIDEM. Se- cundus verò libro ſecundo reſponſorum capite primo. Senſus compoſitus (inquit) non eſt ille qui in argumento inſinuat, quod videlicet quando gratia efficax eſt in voluntate, non poſſit voluntas non agere auctum illam ad quem determinatur, ablatā vero mo- tione poſſit non agere: HIC ENIM SENſUS CON- FICTUS FUIT A CALVINO. Et iterum capi- te quarto dicit, Calvinus in eo deceptus eſt, quia pu- tavit illam propositiōnem (liberum arbitrium motum à Deo gratia efficaci, non poſſet diſſentire in ſenſu compoſito) nihil aliud significare, niſi quod poſquam iam gratia efficax in voluntate poſita eſt, non poſſit liberum arbitrium diſſentire ac refragari, ablatā vero mo- tione poſſit. Et in hac significacione accipere videntur ſenſum compoſitum, qui noſtram ſententiam impugnant. Nos autem aliter intelligendū eſſe compoſitum ſenſum illius propositiōnis contendimus. Non enim per il- lam ſignificatur, quod quando eſt moſto efficax in ho- mine, tupe non poſſit diſſentire aut refragari, ablatā vero moſtione poſſit. Si enim hec ſemel concederetur, abſque dubio evertetur libertas arbitrii, nec poſſet per diſtinctionem illam ſenſus compoſiti & di- viſi, eiusdem arbitrij libertas concordari cum decreto abſoluto voluntatis divine pre-determinantis omnes auctus bonos futuros, nec cum efficacia auxiliū preoperantis gratia. Senſus ergo legitimus illius propositiōnis in ſenſu compoſito accepte eſt: hoc duo ſimilat eſſe incoſiſibilita, quod nimis auxiliū efficax ad conſentientiū ſit in homine, & homo diſſentiat. Quis ergo niſi ſponde-

A cœcū, non videat doctrinam Thomisticam to- to coelo à Calviniana diſſerre? Admitit ne Cal- vinus legitimum hanc, quam ex Alvarez expe- dimus, ſenſus compoſiti & di- viſi diſtinctionem, quā unā SS. Patres & Theologi uſi ſunt ad con- ciliandam libertatem & contingentiam, cum praſentia Dei & efficacia diuīorum de- torum? Volutne, aut potuit capere, ſenſum co- poſitum jungere auctum auctui, diuīum autem jungere auctum potentiā ad oppoſitum? Nonne dixit in Antidoto ſuper 4. Canonem ſectionis 6. hanc interpretationem elle Sophistarum inven- tum?

Hec duo Thomisticæ doctrina à Calviniana diſcrimina, adeo manifeſta ſunt, ut nec ipſe Ad- versarius diſſimulare potuerit: nam in libro quem edidit de Libertate incoacta pagina 226, utramq; diſtinctionem his verbis expreſſi: Quem invenient Ianseniani inter Thomistā, qui dixerit va- luentem diuinę gratiā prædeterminatam, care proximā ad diſſentientiū potentiā? Quem dabit qui diſtinctionem ſenſus compoſiti & di- viſi ſic interpretetur, ut ſenſus ſit voluntatem à Deo moſto poſſe diſſentire, quādū illa moſto aberit, & adveni- alia? Quem ergo invenies pariter inter Thomi- ſtas, qui Calvinio & rigidioribus Calvinistis con- ſentiat? Quem dabis qui à definitione Tridentini, quā dicitur liberum arbitrium à Deo moſto poſſe diſſentire ſi velit, aliquid deleri cupiat? Quem reperies qui ſolo modo loquendi, ſeu uſu tantum vocum (ut tuo verbo utar) à Calvinis diſſerat, eadem exiſtente amborum ſententia?

Tertiū diſcimen, etiam ex diſtri aperto, eſt, conſtitit enī in hoc quod Calvinus & rigi- diores Calvinistæ, negant voluntatem noſtram in ſalutis negotio liberè Deo cooperari, Thomistæ verò hauc liberam cooperationem ad- mitunt; eamq; voluntelle effectum diuinę gratiā, liberum arbitrium applicant, ac faciunt ut liberè Deo cooperetur, iuxta illud Augustini ſuper Psalmum 77. Deus cooperatorem ſibi faci- minis ſpiritum in opere bonorum ſactorum, & iſtud Divi Bernardi in libro de libero arbitrio, ver- ſus finem, Deus & voluntatem applicat opere, & opere explicat voluntati. Idipm diſterit docuit oīm Capreolus, antiquissimus Thomista, imo & Thomistarum princeps. Nam in 2. ſent. diſt. 2. queſtione prima, articulo tertio ad duodecimum haec ſcriptit: Non ſolum juvat nos Deus ad bonum re- le partialiter coſſidiendo, ſed etiam quodam modo ſpeciali, ſaciendo ipsam voluntatem partialiter con- currere, quid ipſa ratione partialiter concant, applicata, & quid instrumento dicer mora à Deo, ad ſic partialiter conciſandum.

Conſtat itaque ex haec tenus diſtri, tria ex Tho- misticæ libertatis tabella, Calvinum delevit lineamenta; ſciſſet actualē voluntatis indi- ferentiam, ſeu abſolutam diſſentienti potentiā; veram & legitimam ſenſus compoſiti & di- viſi interpretationem; & liberam in ſalutis negotio voluntatis noſtræ cooperationem. Addū al- qui, nec immerito, etiam indifferentiam obje- cit, etiam ſententiam ſequitur, Calvinum ſuſtulisse, ſaltem impli- citē, virtualiter, & argutivē, ut aijunt. Cum e- nīm indifferentia judicii regula ſi liberā opera- tionis, & proxima radix indifferentiæ voluntatis, haec indifferentiæ voluntatis ſtabilita, illa pa- riter judicii indifferentia, argutivē faltem, & per locum extrinſecum tollitur; unde in moti- bus primo primis ac pure spontaneis, & non li- beris, nullā p̄aſſuptioni in intellectu indiſ-

Num 34.

Num 35.

rentia objectiva iudicij. Imò eam expressè negat. re viderut Calvinus libro 2. institut. cap. 3. ubi indicat necessitatem peccandi in nobis, illi similem que viger in dæmonibus, vel in Deo se a-mante. At certum est neque in Deo iudicij indi-ferentiam prætere sua bonitatis amori, nec in Dæmoni antecedere odiū Dei ipsius in torquen-tis. At etiam capite 4. voluntatem nostram mo-vat in Deo, sicut equus moveretur a seipso: quod è-tiam exemplò ab homine moto per gratiam, in-differentiam objectivam iudicij excludere vi-deunt. Unicum ergo, quod ut primum & rude a-lilis supponitur, in libertate Thomistica tabella reliqui Calvinus lineamentum, spontaneita-tem scilicet, seu immunitatem à violentia & co-actio-ne, quam (ut supra ostendimus) in volunta-te & excitata gratia effici non negavit.

ARTICULUS XI.

Allud discrimen à Patre Lemos adductum inferiur, & ab Adversarii censura & impugnatione vindicatur.

Postquam Adversarius §. 3. num. 111. Thomi-si fice libertatis tabellam infida manu expref-sit, omnia actuali voluntatis indifferentia, seu absoluta dissentiendi, vel non agendi potentia, quam ad veram humanorum actuum libertatem necessariam Thomistæ postulant; & postea quam ibidem interrogavit, quid ex illa tabella Calvinus delevisset? cui postulatione jam satis respondeamus; numero sequenti referunt quæ olim Pater Lemos in Congregatione de Auxiliis, coram Summo Pontifice Clemente VIII. dum hec causa discep-taretur differunt (etra) scilicet Calvinum, quod non distinxerit necessitatem consequentis, que libertatem perimit, à necessitate consequentia, quâ nihil vera libertati de-pere subditique, Calvinum hujus controver-sie judicem vocans. Audiamus igitur Calvinum 2. inst. capite 16. l. 9. Inter ea quod statuit Deus sic ne-cessitate evenire, ut tamen neque prædictè neque suæ pœ-nitentia necessarium sit. Exemplum in Christi oibis familiare occurrit. Cum inducerit corpus nostro simile, fragilis, suisse eius offa, nemo sanus negabit, que tamen frangere fuit impossibile. Vnde iterum videmus, non temere in scholis inventa suisse distinctiones de necessitate secundum quid & absoluta, item consequentia & consequentia. En (inquit) ut Calvinus & distinctionem illam cognoscit quâ se Adversarii salvos putant, & iuxta illam doceat divinum decretum non influere necessitatem consequentis in actionem ex eo secutam, sed tantum necessitatem consequentia. Quia doctrina quomodo differat ab Adversariorum doctrina, in hunc modum argumentando querimus.

Necessitas consequentia, que excludit necessitatem consequentis, est necessitas non destruens, sed servans libertatem, ut loquitur P. Lentos: Necessitas quam Calvinus ex Dei decreto in nostras actiones derivari pu-tat, est necessitas consequentia, quae necessitatem con-sequenti excludit, ut iam visum est: Ergo necessitas quam Calvinus derivari putat in nostras actiones ex Dei decreto, non est destruens, sed servans potius liber-tatem.

Antequam huic argumento respondeam, Lé-torem præmonitus velim, verba illa quæ ex Calvinis refert Adversarius, eo loco quem ad marginem citat, nempe 2. init. capite 16. l. 9.

Tomus 1.

A minimè haberi, sed Calvinum ibi de re omnino diversa loqui, nimis de descentu animæ Christi ad inferos. Unde verisimile est, Adversarium oculis alienis legisse Calvinum, aut usum fuisse illis perspiciliis, quibus videntur ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. Neque enim dici potest esse errorem Typographi Tolosani, cum eadem citatio marginalis, in editione Parisiensi, ab Authore revista & recognita, reperitur.

Hoc præmisso & dato verba illa alibi reperi-ri, non erit difficile argumento occurrere; pró-priissima enim est defensio in ea causa, quæ Thomistæ cum Ecclesiæ Patribus ac Conciliis ita conjungit, ut necesse fuerit, si hæc sententia cen-surâ digna sit, eadem cum Thomistis Patres cen-sura notari. Priusquam igitur hoc argumentum diluamus, ostendendum est breviter, distinctionem hanc necessitatis absolutæ & hypotheticæ, seu consequentis & consequentia, ita esse cele-brem, & per antiquam, ut à Conciliis, SS. Patri-bus, & Ecclesiæ Doctoribus, nec non antiquissi-mis Scholasticis & Canonistis, ad explicandam concordiam nostræ libertatis cum divina præ-scientia, prædicta, & prædestinatione, fre-quenter usurpata fuerit: quo sit, ut si valeat Ad-versarii argumentatio, aut esset Calvinus cum Patribus absolvendus, aut esset cum Calvinis Patribus proscripti; liceatq; ea Augustini verba quibus Julianum alloquitur, contra Adversarium usurpare: Offendam prius quamvis & qualibus Ecclesiæ Catholicæ Doctoribus, nomine Manichæorum (& Calvinistarum) intollerabilem facere non cun-teris iniuriam, & cum me appetis, in quos tua tela ja-culeris, &c.

Occurri ergo primò Concilium Colonien-se, quod contra Lutheranos celebratum fuit anno 1536. Illud enim non aliter contra illos Hæ-reticos, divinam præscientiam & prædestinationem, cum humanorum actuum libertate conciliat, quæm hæc celesti distinctione necessitatis absolutæ & hypotheticæ, seu consequentia & consequentis, ut videri potest in Euchriadio Christianæ institutionis, de Sacramento pœnitentia, ubi hanc distinctionem tradit & exponit his verbis: Duplex est necessitas, absoluta, quam vo-camus necessitatem consequentis; veluti necesse est Deum esse, hominem in esse animal rationale mortale, nam hac alter se habere nequaquam possunt. Aliæ est nec-cessitas consequentia, quæ necessario evenire dicimus, non quæ sua natura necessaria sunt, sed necessario sequun-tur, propter præcedentes causas. Et per hanc distin-tionem conciliat præscientiam & providen-tiam Dei, cum libero arbitrio.

Eadem distinctione utitur Divus Augustinus, ut constat ex canone Nabuchodonozor, alias pasis ira, §. quamvis, 23. quæstione quarta, juncta Glos-sa ibidem. In ipso enim textu refert Gratianus ex Augustino, distinctionem necessitatis abso-luta seu simplicis, & necessitatis conditionis, quæ est eadem ac distinctio necessitatis conse-quentis & consequentia. Verba textus sunt:

Quamvis convenienter dicatur, si hæc prædicta sunt, vel prædicta necessario evenient: non tamen ideo absolute verum est necessario evenient quæ præ-dicta sunt vel prædicta; quia hæc necessitas refer-tur ad rerum eventum, ibi ad futurum divina præ-scientie. Vnde iuxta Augustinum, duo sunt ne-cessitates, simplex una, veluti quæ necesse est omnes homines esse mortales: altera conditionis, ut si quæ ambulare quis sit, eum ambulare necesse est;

Uu 2

quod